



uberrimo fructu foecundare velit, ita spem optimam foveo, benevolum lectorem, quicquid typi erratorum in eodem deprehenderit, quod vereor, ne sit plurimum, ut ne mihi imputet, sed communi eorum scriptorum fato, quæ in locis ab eo longè disitis imprimuntur, qui scriptorum de cœtero editionem procurant. Quid enim in his vulgò fiat, ego quoque summo cum fastidio meo, nec minore cum dolore experior. Qui tamen hoc fato adfliguntur, solari illos majora longe exempla possunt eorum operum, quæ cum nonnisi grandi & immenso pretio comparantur, tot tamen tamque foedis sphalmasi scatent, ut ad eorum adspectum numerumque obstupescas; quamquam eopse loco excusa sint, in quo domicilium operum auctores habuerunt. Intuere, quisquis es, exemplum grandis vastique operis cum Græviani, quod inscripsit *Thesaurum Antiquitatum Romanarum*, tum Gronoviani, quod præfert *Thesaurum Antiquitatum Græcarum*, & quot in uno sæpè libellulo errata deprehenderit, curiosissimus doctissimusque Theologus, CASPARUS LINDENBERGIUS, in memorabili de Erroribus Typographicis Scholio, Novorum Literariorum Lubecensium Januario hujus anni illato, mecum mirare. Scr. Rostochii die XV. Martii, Anno MDCCVI.



IN